

# Die Nachträge zu unseren ältesten Provinzannalen

(Schluß)

## Aliæ Ordinationes eiusdem Capituli.

1. Albae non fiant tam curiosae neque Corporalia.
2. Nemo Fratrum conficiat Agnus Dei pro maleficiis sine assensu R. P. Provincialis.
3. Lanae quaestus committitur Custodibus.
4. Officium s. Norberti celebretur die 10 julii.
5. In festo b. Felicis, quod die 18 maii celebratur, leguntur lectiones pro 2 Nocturno: Deridetur etc. Homilia: Nolite timere. De quo festo non solum Fratres, sed et Sacerdotes ad nostras ecclesias advenientes Missam celebrare possunt.
6. Celebretur item festum noviter canonizatorum Martyrum nostrorum die 5 februarii sub Communi Martyrum.
7. Fratres non faciant duas collationes uno die.
8. Vicarii etiam diligentes sint in suo officio, sub poena privationis.

1629

Die 31 augusti usque 5 septembbris celebratum fuit *Capitulum Provinciale* Badæ, in quo electi sunt:

*In Definitores et Provinciale: S. Collectanea Helveticco-Franciscana, 2. Bd. S. 175.*

*In Custodes Provinciae:*

*Primus:* R. P. Seraphinus ex Altstätten, sub cuius Custodia sunt loca tredecim: Lucerna, Urania, Subsilvania, Suitium, Bada, Solodorum, Tugium, Rapperswila, Surseum, Friburgum, Nuithonum, Bremgarta, Delemontum et Missio Vallesiana.

*Secundus:* R. P. Columbanus Rottenburgensis, sub cuius Custodia sunt novem loca: Friburgum Brisgoiæ, Rheinfelda, Ensisheimum, Neoburgum, Kienzishemum, Thannæ, Brisacum, Hagenoa, Obernehemum.

*Tertius:* R. P. Basilius Abbatiscellensis, sub cuius Custodia sunt loca duodecim: Constantia, Abbatiscella, Frauenfelda, Feldkirchium, Bibracum, Ueberlinga, Enga, Rottenburgum, Cella Ratholdi, Ravenspurgum, Rottwila et Missio Rhætica.

*In Fabricatores:* R.P. Columbanus Rottenburgensis, R.P. Laurentius Badensis, R.P. Joa. Bapt. Uraniensis, Fr. Samuel ex Sissach.

*Socius R.P. Provincialis:* R.P. Joa. Bapt. Uraniensis.

\* \* \*

Die 25 februarii obiit Badæ in Helv. R.P. Gabriel [Castel] ab Jnnsbruck, Conc.

Die 7 mensis junii obiit Seduni R.P. Beatus [Grüniger] Subsilvaniensis, Conc. et Conf. Religionis habens annos 16, ætatis 39, dum esset unus ex Missionariis a Papa Urbano VIII pro salute illarum gentium illuc missis.

Die 2 julii obiit Altorfii R.P. Apollinaris [Roy] a Sigmaringen, Conc. et Conf. Religionis habens annos 25 qui saepius Provinciæ Custos, bis Definitor ac R.P. Fidelis, Martyris, germanus frater fuit.

Die 14 julii obiit Altorfii Fr. Joa. Chrysostomus [Sommervogel] Friburgensis Brisgoius, Clericus habens Religionis annos 3 et menses 3.

Die 19 julii obiit Altorfii R.P. Alexius [Waldner oder Sylvius] Spirensis, Sacerdos, Conc., Conf. ac salutis animarum zelator insignis habens Religionis annos 25, menses 3.

Die 2 augusti obiit Altorfii R.P. Jovita [Holzapfel] Rottenburgensis, Sacerdos habens Religionis annos 12, menses 2.

Die 7 augusti obiit Sursei R.P. Antonius [Rosenring] Ueberling., Conc., habens Religionis annos 11, menses 4, ætatis annos 36, menses 4.

Die 8 augusti obiit Altorfii R.P. Celsus [Mecher] Badensis, Confessarius, habens Religionis annos 32, menses 2, ætatis annos 50, menses 2.

Die 22 augusti obiit Altorfii Fr. Joa. Franciscus Uraniensis, Clericus, habens Religionis annos circiter tres. — NB. Das Jahr 1629 war ein Pestjahr, daher die vielen Toten, worunter so manches Opfer der Nächstenliebe im Dienste der Pestkranken.

Die 24 augusti obiit Abbatiscellæ Fr. Daniel [Müller] ex Bollingen [Württ.], Laicus, habens Religionis annos 10, ætatis vero 30.

Die 28 augusti obiit Abbatiscellæ R.P. Silvester [Wittweiler] Brigantinus, Conf., habens Religionis annos 29, ætatis 49.

Die 2 septembris obiit Constantiæ Fr. Agapitus [Voderbald] ex Kempten, Laicus, Religionis annos habens 20, ætatis vero 46.

Die 26 septembris obiit Stantii Fr. Desideratus [Calschi] Vallesianus, Clericus, habens Religionis annos duos.

Die 5 octobris obiit Lucernæ Fr. Mauritius [Frei] ex Bremgarten, Laicus, habens Religionis annos 34, menses 9, ætatis 55 cum dimidio.

Die 17 novembris obiit in Vallesia R. P. Pius [de Castelmaur] Feldkirchensis, eo missus pro conservatione illarum gentium in fide, habens Religionis annos 16, menses 9.

Die 25 decembris media nocte inter Missarum solemnia, dum sacrum Christi corpus elevaretur, spiritum Deo reddidit: R. P. Seraphinus [Engel] ex Altstätten, Lucernæ Guardianus actualis, qui decies quinques fuit Definitor, sæpiissime Custos, etiam Provinciæ Visitator tempore Capituli generalis. Habuit Religionis annos 41, menses 8, ætatis suæ annos 61, menses 8.

## 1630

12—16 aprilis: *Capitulum Provinciale* ex impositione M. R. P. Joannis Mariae a Noto, Ministri Generalis, in quo electi sunt:

In *Definitores et Provinciale*, S. Collectanea Helveticofranciscana, 2. Bd. S. 175.

*In Custodes generales:*

*Primus*: R. P. Archangelus ex Ottenweiler,

*Secundus*: R. P. Matthias Augiensis.

*In Custodes Provinciæ:*

*Primus*: R. P. Franciscus Uraniensis, sub cuius Custodia loca sunt tredecim: Lucerna, etc., wie 1629. (S. 60)

*Secundus*: R. P. Desiderius Thannensis, sub cuius Custodia loca sunt decem: Friburgum Brisgoiæ etc., wie 1629 und dazu Colmar.

*Tertius*: R. P. Basilius Abbatiscellensis, sub cuius Custodia loca sunt tredecim: Constantia etc. und überdies Lindau.

In *Fabricatores*: Die gleichen wie 1629, doch statt des P. Laurentius von Baden: P. Vinzenz von Pruntrut.

*Socius R. P. Provincialis*: R. P. Vitalis Constantiensis.

\* \* \*

Die 18 februarii obiit Lucernæ Fr. Pancratius [Way] Constantiensis, Clericus, Religionis habens annos quatuor.

Die 21 februarii obiit Kienzishemii Fr. Franciscus [Folz] ex Sulz [Els.] Laicus habens annos Religionis 46.

Die 15 martii obiit Oberehnemii R. P. Laurentius [Hofmann] Badensis Helv., Sacerdos et Conf., Religionis annos habens 41.

Die 22 martii obiit Oberehnemii Fr. Melchior [Falck] Badensis Helv., Laicus, habens Religionis annos 28.

Die 19 aprilis obiit Solodori R. P. Hyacinthus [Bopper] Badensis Helv., Sacerdos, habens Religionis annos 36.

Die 21 aprilis obiit Constantiæ R.P. Fabritius [Binder] ex Bri-  
xen, Sacerdos et Conf., habens Religionis annos 30.

Die 12 maii obiit Altorfii R.P. Joannes Maria [Türler] Uranien-  
sis, Sacerdos, habens Religionis annos 8.

Die 9 augusti obiit Lucernæ R.P. Franciscus [Schindelin] Uran.  
Conc. et Conf. qui aliquoties Definitor, sæpius Custos fuit. Habuit  
annos Religionis 47, ætatis 65.

Decima tertia septembbris obiit Ueberlingæ Frater Silvester  
[Klein] Friburgensis Brisgoius, Clericus Novitus.

Die 2 novembbris obiit Neoburgi R.P. Franciscus Maria [Illison]  
ex Sulz (Els.) Conc. et Conf., habens Religionis annos 17, menses 4,  
ætatis annos 36, menses 4.

Die 12 novembbris obiit Badenæ Helvetiorum Fr. Ægidius  
[Biffo] a Merate, Laicus, unus ex primis nostræ Provinciæ, habens  
Religionis annos 43.

Die 26 novembbris obiit Ensishemii R.P. Cosmas [Schultheß]  
Feldkirchensis in diuturna et gravissima infirmitate speculum  
patientiæ, Sacerdos, Religionis habens annos 25, ætatis vero 47.

\* \* \*

Hoc anno die 28 octobris Reverendissimus Dominus Paulus  
ab Altringen Suffraganeus Episcopatus Argentinensis *consecravit*  
*ecclesiam nostram Hagenovicæ* (Hagenau) in honorem Beatissimæ  
Virg. Mariæ ac S. P. N. Francisci.

#### *Summum Altare:*

Consecratum est in honorem B. V. Mariæ et S. Wilhelmi, in quo  
inclusæ sunt reliquiæ S. Jacobi Ap., S. Christophori Mart., S. Lau-  
rentii M., SS. Innocentium et S. Matthiæ Apostoli.

#### *Altare ad latus Epistolæ:*

In honorem S. Ursulæ et S. Apolloniæ, in quo inclusæ sunt  
reliquiæ S. Petronillæ, S. Marci, Evang. et S. Eustachii Martyris.

#### *Altare ad latus Evangelii:*

In honorem S. P. N. Francisci et S. Claræ. In quo inclusæ sunt  
reliquiæ S. Gregorii Papæ, S. Cæciliæ et S. Simonis Apostoli.

Prædicta altaria eodem die et anno consecrata sunt, quo ecclesia.  
Dedicatio ecclesiæ celebratur Dominica ante festum Aposto-  
lorum Simonis et Judæ, quo die præfatam ecclesiam visitantes  
lucrantur indulgentiam 40 dierum.

Iste locus erat Patrum Ordinis S. Wilhelmi, qui tamen ex  
Apostolica auctoritate et licentia per interpositionem R.mi ac Sereniss.

Archiducis Leopoldi, tunc Episcopi Argentinensis devenit cum omnibus juribus in manus R. R. Patrum Soc. J. ibidem existentium. Ab iis autem Patribus de licentia Sedis Apostolicæ ac ipsorum R.mi Patris Generalis, situs seu antiquum hoc monasterium nobis consignatus est. Cujus loco ipsi accipere scholam Lutheranorum (post eorum expulsionem) dictam germanicam, nobis a DD. Commissariis Imperialibus consignatam, eo, quod situs pro nobis esset tum nimis angustus, tum Rev. Patribus Conventualibus nimium vicinus. Litteræ super prædictis habentur tum apud Patres Soc. J. tum in archivio senatus Hagenoiæ.

Hoc anno die 11 novemboris in festo S. Martini Ep. *crux erecta est ac primus lapis positus Haslachii* a R.mo D.no Abbate Gengenbachensi de licentia R.mi D. Suffraganei Argentinensis. Et altare majus dedicandum erit in honorem B. M. Virginis natæ, seu eiusdem Nativitatis. Secundum in honorem S. P. N. Francisci. Tertium in honorem S. Martini Ep., Christophori Martyris ac S. Friderici.

Eodem hoc anno die 8 maii *Lindauii in insula crux est erecta et primus lapis positus* a R.mo Abbate Placido in Mehrerau de licentia R.mi Ep. Constant. Ecclesia dedicabitur in honorem B. M. Virginis ac S. Josephi sicut et altare majus. Secundum altare in hon. B.M. Virginis. Tertium in hon. S. Wernerii M., S. Veronicæ ac S. P. N. Francisci.

### 1631

Die 5—10 septembbris celebratum fuit *Capitulum Provinciale* Lucernæ, in quo electi sunt:

In *Definitores et Provincialem*: S. Collectanea Helvetic-Franciscana, 2. Bd. S. 175.

In *Custodes Provincie*:

*Primus*: R. P. Andreas a Sursee, sub cuius Custodia sunt loca duodecim: Lucernæ etc. wie 1629, doch ohne die Missio Valliana. (S. 60)

*Secundus*: R. P. Basilius Abbatiscellensis, sub cuius Custodia sunt loca duodecim: Friburgum Brisgoiæ etc. wie 1629, dazu aber noch: Colmar, Baden-Baden und Haslach.

*Tertius*: R. P. Archangelus ex Ottenweiler, sub cuius Custodia sunt loca tredecim: Constantia etc. wie 1629, überdies jedoch: Lindau.

In *Fabricatores*: R. P. Matthias Augiensis, R. P. Basilius Abbatiscellensis, R. P. Vincentius Bruntrutanus, Fr. Samuel ex Sissach.

*Socius R. P. Provincialis*: R. P. Leopoldus Ueberlinganus.



Die sexto martii obiit Neoburgi R. P. Adrianus [Mailin] ex Stockach, Sacerdos et Conf., Religionis annos habens 21. [War vor seinem Eintritt in den Orden zehn Jahre lang Pfarrer in Therwil.]

21 martii obiit Ravenspurgi R. P. Marcus [Waller] ex Wolfegg. Guard. Conc. et Conf., habens annos Religionis 19.

Die 5 aprilis obiit Kienzishemii Fr. Valerianus [Gauff] Constantiensis, Clericus. Vixit in Religione annos duos cum dimidio.

Die 10 maii obiit Solodori R. P. Georgius [Wetter, Sohn eines Prædikanten] a Sancto Gallo, Conc. et Conf., habens Religionis annos 36 cum dimidio, ætatis suæ 56 cum dimidio.

Die 24 maii obiit Oberehnhemii Fr. Leo [Schmidlin] ex Beuren, Laicus, habens Religionis annos 19, ætatis 46.

Die 25 maii obiit Biberaci R. P. Fidelis [Feer], Lucernensis, Sacerdos, habens Religionis annos 6 cum dimidio. [Ist als Weltpriester eingetreten].

Die 10 julii obiit Feldkirchii Fr. Rochus [Wetzstein] Rapperswilensis, Laicus, habens Religionis annum unum.

Die 9 augusti obiit Oberehnhemii R. P. Epiphanius [Frei] Trevirensis, Conc. et Conf., habens Religionis annos 14, ætatis vero 38.

Die 21 augusti obiit Suitii Fr. Irenæus [Werro] Frib. Nuith., Clericus, habens Religionis annos duos. Sepultus in monasterio novo ibidem, [Im Lowerzersee ertrunken].

Die 6 decembris obiit Colmariae in Hospitio R. P. Othmarus [Winterdorfer] ex Stauffen, Sacerdos, habens Religionis annos 8.

\* \* \*

Hoc anno die 28 maii *crux erecta est et ecclesiæ nostræ primus lapis positus Marchiobadenæ* [in Baden-Baden] a R.mo D. Abbate in Schwarzach. Ecclesia dedicabitur in honorem B. Brigittæ, consanguineæ illustrissimi Principis regnantis Marchiobadæ Wilhelmi. Et in hujus Sanctæ honorem consecrabitur altare majus; secundum in honorem B. M. Virg., tertium in honorem S. P. N. Francisci.

Eodem hoc anno *Sulzii* [in Alsatia] *crux erecta est et primus lapis positus* a R.mo D. Bernardo ab Angeloch, Suffraganeo Basileensi, die 12 octobris. Ecclesia et altare majus dedicabuntur in honorem S. Mauritii et Soc. ejus, cum sint Patroni civitatis. Altare secundum in honorem B. M. Virg. Tertium in honorem S. P. N. Francisci.

## 1632

Die 3—9 septembris: *Capitulum Provinciale*: Solodori, in quo electi sunt:

In *Definitores et Provincialem*: S. Collectanea Helveticō-Franciscana, 2. Bd. S. 176.

In *Custodes generales*:

In *primum*: R. P. Basilius Abbatiscellensis.

In *secundum*: R. P. Matthias Augiensis.

In *Custodes Provinciae*:

*Primus*: R. P. Sebastianus Uraniensis, sub cuius Custodia sunt loca 12: Lucerna etc., wie 1629, doch ohne die Missio Vallesiana. (S. 60)

*Secundus*: R. P. Basilius Abbatiscellensis, sub cuius Custodia sunt loca tredecim: Friburgum Brisg. etc., wie 1629, aber dazu noch: Colmar, Baden-Baden, Haslach und Sulz.

*Tertius*: R. P. Archangelus ex Ottenweiler, sub cuius Custodia sunt loca 13: Constantia etc. wie 1629, und überdies: Lindau.

In *Fabricatores*: Diese, sowie der *Socius R. P. Provincialis* sind die gleichen wie 1631.

*Visitator Provinciae tempore Capituli Generalis* (1632):

R. P. Archangelus ex Ottenweiler.

\* \* \*

Die 7 januarii obiit Constantiæ R. P. Joannes Bapt. [Fromberger] Polonus, vir tum scientia tum sanctitatis fama præclarus, habens annos Religionis 47.

Die 17 januarii obiit Ensishemii Fr. Leodegarius [Leu] Laufenburgensis, Laicus, habens annos Religionis duos.

Die 29 februarii obiit Constantiæ R. P. Isidorus [Heim] Abbatiscellensis, Sacerdos, habens Religionis annos 39.

Die 4 martii obiit Oberehnemii R. P. Silvius [Kemmerer] ex Münster in Westf., Sacerdos, habens annos Religionis 24. (NB. Nach unserm Protoc. maius wäre er nicht 1632, sondern erst 1634 gestorben?)

Die 8 martii obiit Colmariæ in Hospitio R. P. Jodocus [Grundesheimer] Friburg. Brisg., Sacerdos, Religionis annos habens 9.

Die 24 martii obiit Rottenburgi ad Neccarum R. P. Fortunatus [Beyer] ex Säckingen, Sacerdos et Conf., habens Religionis annos 15.

Die 8 aprilis obiit Feldkirchii Fr. Norbertus N. Feldkirchensis, Clericus, habens Religionis annum cum dimidio.

Die 9 maii obiit Altorfii R. P. Dominicus [Lerch] ex Altishofen, Conc., habens Religionis annos 34.

Die 16 octobris obiit Brisaci Fr. Nicolaus [Reinbuhel] Constantiensis, Laicus, Religionis habens annos 4.

Die 18 octobris obiit Brisaci R. P. Claudius [Aimonet] a Vesulo (Besançon), Conc. et Conf., habens Religionis annos 20, ætatis s. 45. (Gestorben im Dienste der Pestkranken.)

Die 2 novembris obiit Brisaci Fr. Ignatius [Miezis] ex Hagenau, Clericus, Religionis habens annum et menses quatuor. (Ebenfalls im Dienste der Pestkranken gestorben.)

Die 4 novembris obiit Brisaci R. P. Innocentius [Welz] ex Mayenhein Alsatia, Sacerdos, habens Religionis annos 19, menses 8, ætatis annos 38, menses 8.

## 1633

2—7 septembribus celebratum fuit *Capitulum Provinciale Tugii*, in quo electi sunt:

In *Definitores et Provincialem*: S. Collectanea Helveticō-Franciscana, 2 Bd. S. 176.

In *Custodes Provinciæ*:

*Primus*: R. P. Basilius Abbatiscellensis, sub cuius Custodia sunt loca 12: Lucerna etc., wie 1629, doch ohne die Missio Vallesiana. (S. 60)

*Secundus*: R. P. Felicianus ex Elzach, sub cuius Custodia sunt loca tredecim: Friburgum Brisgoiæ etc. wie 1629, aber dazu noch: Colmar, Baden-Baden, Haslach und Sulz.

*Tertius*: R. P. Columbanus Rottenburgensis, sub cuius Custodia sunt loca tredecim: Constantia etc., wie 1629 und überdies: Lindau.

*Socius R. P. Provincialis und Fabricatores*: die gleichen wie 1631 (S. 60), doch statt P. Matthias: P. Columban von Rottenburg.

\* \* \*

Die 14 januarii obiit Cellæ Ratholdi R. P. Ambrosius [Scheffer] ex Ausnang, Conc. et Conf., habens annos Religionis 12, æt. vero 42.

Die 19 januarii obiit Enishemii R. P. Sigismundus [Allinger] ex Villingen, Sacerdos, habens Religionis annos 25, ætatis vero 46.

Die 22 januarii obiit Brisaci R. P. Severinus [Almacher] Berncastellanus, Conc. et Conf., Religionis habens annos 13, ætatis 44.

Die 4 februarii obiit Subsilvaniæ R. P. Andreas [Meier] a Sursee, anno Religionis quinquagesimo, ætatis suæ septuagesimo secundo. Iste Pater multis laboribus Missioni Vallesianæ multis annis præfuit, concionando et exhortando serio; ibidem Religionem catholicam

conservavit, hæretica pravitate purgavit. Provincialatus munere functus est annis 4. In Definitorem vero electus quater et vigesies (24).

Die 4 februarii obiit Cellæ Ratholdi Fr. Otto [Brugger] Tugiensis, Laicus, Religionis habens annos 10.

Die 1 martii obiit Rottenburgi ad Necarum Fr. Matthäus [Laub] ex Wildbad Württ., Laicus, Religionis annos habens 38.

Die 24 aprilis obiit Engæ Fr. Chrysogonus [Decourt] Delemon-tanus, Clericus, habens in Religione annos 5.

Die 10 junii obiit Thannis R. P. Godefridus [Haymo] Friburgensis Nuith., Conc. et Conf. Is (cum jam civitas ac fere tota Alsatia in manus Suecorum militum pervenisset) cum P. Guardiano Joanne Chrysostomo ex Beuren a quodam milite bombardæ globo per humeros traiectus die 10 maii usque in 10 junii supervixit, militem ob delictum a strenuo duce et Colonello D. Schamrè in vincula conjectum sua prece et intercessione (cui ex corde condonarat) libertati restituit ac animam 10 junii Deo commendavit. Habuit Religionis annos 13, ætatis 32.

Die 16 augusti obiit Ensisheimii R. P. Eduardus [Leiniger] Marchiobadensis, Sacerdos, qui habuit Religionis annos 18, æt. vero 42.

Die 17 augusti obiit Hagenoiæ Fr. Leutfridus ex Emmerkingen Württ., Clericus, habens Religionis annos 4.

Die 10 octobris obiit Kienzishemii Fr. Deodatus [Jud] Frib. Brisg., Clericus, habens Religionis annos duos.

Die 12 octobris obiit Ensisheimii Fr. Othmarus [Geberlin] ex Pfaffenweiler, Clericus, Religionis habens annum unum, menses 4.

Die 16 octobris obiit Friburgi Brisgoiæ R. P. Constantinus [de Schina] ex Schinen, ibidem Guardianus, habens Religionis annos 13, ætatis 48 (Im Dienste der Pestkranken gestorben).

23 eiusdem obiit Neoburgi R. P. Vitalis [Sättelin] Constantiensis, Conc. et Conf. ac ibidem Guardianus, habens Religionis annos 24, ætatis vero 45.

Die 28 octobris obiit Sulzii Fr. Benjamin [Hofmann] ex Mülhausen, Clericus, habens Religionis annos 4 (Im Dienste der Pestkranken).

Die 10 novembris obiit Neoburgi Fr. Homobonus ex Jestetten, Laicus, habens Religionis annos duos, menses 7.

Die 21 novembris obiit Oberehnemii R. P. Archangelus von Roth ex Rieden, Conc. et Conf. ac Sup. ibidem, habens Religionis annos 11, menses 6 (Als Weltpriester eingetreten).

Die 26 novembris obiit Neoburgi R. P. Juvenalis N. Ensis-hemianus, Sacerdos, habens Religionis annos 10 menses 7.

Die 1 decembris obiit Lindauii R. P. Marquardus [Fohler] ex Mengen, Conf. ac Ravenspurgi Guardianus, quem defunctum Ravenspurgum pro sepultura transvexerunt, cui tum Fratres, tum omnes Catholicci processionaliter obviam venere et ad sepulchrum comitati sunt. Habuit in Religione annos 17, ætatis 41.

## 1634

Die decima januarii obiit Stanzii R. P. Bonaventura [Glarner] Uranensis, vir summe doctus ac s. Theologiae professor. Primus inter Germanos in Provincia nostra Religionis habitu indutus. Summam scientiam humilitatis ac vilibus operibus et exercitiis abscondit. Vixit in Religione annos 52. Habuit ætatis annos 69.

Die 18 februarii obiit Rottenburgi ad Neccarum Fr. Marcus ex Galmis sive Friburgo Nuith., Laicus, Religionis habens annos 7.

Die 29 aprilis obiit Ueberlingæ R. P. Moyses [Keller] ex Niederherchin, Guardianus ibidem, Conc. et Conf., habens Religionis annos 17, menses duos, ætatis vero annos 39.

Die 5 junii obiit Surseei Fr. Arsenius [Emery] Wormatiensis, Laicus, habens Religionis annos 50, menses 4, ætatis annos 72.

Die 26 junii obiit Frauenfeldæ R. P. Leonardus ex Dirnau, Sacerdos jam finito Theologiae studio, habens Religionis annos 9, menses 3.

Die 30 junii obiit Thannis R. P. Nicolaus [Götz] Constantiensis, Conc. et Conf. ac ibidem Guardianus, qui habuit Religionis annos 23 et menses 6.

Die 27 julii obiit Frauenfeldæ R.P. Justinus [Hutmacher] Subsilv., Sacerdos jam finito s. Theologiae studio, habens Religionis annos 7.

\* \* \*

1—5 sept. celebratum fuit *Capitulum Provinciale* et quidem Badæ, in quo electi sunt:

In *Definitores et Provinciale*: S. Collectanea Helveticofranciscana, Bd. 2, S. 176.

In *Custodes Provincie*:

*Primus*: R. P. Ludovicus Lucernensis, sub cuius Custodia sunt loca duodecim: Lucerna etc. wie 1629, aber ohne die Missio Valliana. (S. 60)

*Secundus*: R. P. Athanasius Rottenburgensis, sub cuius Custodia sunt loca tredecim: Friburgum Brisgoiae etc. wie 1629 aber dazu noch: Colmar, Baden-Baden, Haslach und Sulz.

*Tertius*: R. P. Columbanus Rottenburgensis, sub cuius Custodia sunt loca tredecim: Constantia etc. wie 1629 und überdies: Lindau.

*Fabricatores et Socius R. P. Provincialis*: die gleichen wie 1631, doch statt P. Matthias: P. Columban. (S. 64)

Hoc anno R. P. Columbanus Rottenburgensis ad Neccarum, Primus Provinciæ hujus Definitor, Custos et Guardianus Constantiensis, a R.mo P. Antonio Mutinensi, totius Ordinis Ministro Generali, in *Lotharingiam* delegatur, ut in ea Provincia *Generalis Visitatoris* munere solita prudentia ac experientia fungatur.

Finitis itaque Badenæ Provincialibus Comitiis, itineri se dictus R. P. cum sociis sibi a R. P. Matthia, Provinciali Ministro assignatis, accinxit, nimirum cum R. P. Marcello Belfortensi, Concionatore et multorum annorum sacræ Theologiæ Lectore, ac Fr. Simone Friburgensi, Laico.

Verum, cum ob bellorum intestinos tumultus universus Lotharingiæ Ducatus in maximo rerum discrimine versaretur, in Provinciam suspensa Visitatione repedare rationi magis consentaneum judicavit.

Die 25 novembris obiit Delemonti Guardianus R. P. Joannes Chrysostomus ex Büren, Schenkiorum a Castel nobili prosapia oriundus, Religionis habens annos circiter 34. Viri hujus sanctitatem et innocentiam Deus illustrium miraculorum ac visionum testimoniis comprobavit, ut fusius videre est in ipsius vita et gestis, in compendiosa Provinciæ descriptione.

Die 9 juliī obdormivit in Domino R. P. Erasmus [Hall von Arzenheim, Els.] Aschenensis, Kienzhemii Guardianus, qui sacrum Religionis habitum suscepit anno 1607, tertio februarii.

NB. Von 1635 an ist nichts mehr aufgezeichnet bis:

## 1642

Hoc anno Anna Schwertzin ex Bludenz præmisso juris examine jurejurando coram Notario publico et testibus affirmavit, qualiter aliquot annis gravibus membrorum doloribus adeo debilitata fuerit, ut nec ambulare, nec ferme se movere valeret. Et cum nec Thermæ nec plurima medicamenta quidquam profuissent, ad spiritualia anhelat. Linteamina, quæ cranium R. P. Fidelis Feldkirchii assertum contigerant, sibi applicari curavit. Unde subito aliqualem allevationem et dolorum remissionem sensit. Remotis postmodum eiusmodi linteaminibus pristini dolores rediere. Quibus iterum reassumptis recesserunt.

*Obiit* Surseei 6 octobris æternæ memoriæ dignus *R. P. Columbanus [Precht] Rottenburgensis ad Neccarum*: vir in judicio rectus, in consilio providus, in jubendo discretus, in disponendo industrius, in concionando facundus, in adversis immotus et in operando strenuus. Plurimis annis rexit Provinciam. Multis vicibus egit Definitem, Custodem ac semel Visitatorem Generalem in Provincia Lotharingiæ. Hæc columnæ plerisque cito nimis corruisse, vel potius ad Templum gloriæ transiisse visa est, ut omnium fere gemitus testantur. Vivat tamen triumphetque in gloria et memor sit nostri apud Altissimum, qui tot periculorum procellis hinc inde jactamur in terra!

Hoc anno (15—20 apr.) Badæ celebratum fuit *Capitulum Provinciale*, in quo electi sunt:

In *Definitores et Provinciale*: S. Collect. Helv.-Fr. Bd. 2. S. 177.

In *Custodes Provinciae*: RR. PP. Matthias Augiensis, Generosus Ruremontanus, Archangelus ex Ottenweiler.

20 [26?] aprilis *obiit* prope Eremum Deiparæ, vulgo Einsiedeln R. P. Felicianus [Habisreutinger von Konstanz] dum eo Rapperswila proficeretur, qui in via corruens subito expiravit ibique sepultus requiescit.

